Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Casus eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori minorennitate successionem legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem Vltra proximos officij praesentis Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac eanum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia cum his singulibus, vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri sello fornicatione ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis eadem Hac sua super praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante 2045

Ilnicki Jaroszowic Ilnickiemu Rybczycowi sortem Obligat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemysliensibus nobilis Prokop Ilnicki Jaroszowic sanus mente et Corpore existens a Foris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et Competen recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice per expressum recognouit. Quia ipse Bona sua propria et Iuribus suis subiecta nimirum sortem certam Dolina Cehonska dictam in Bonis villa Zosinice Terra et Districtu praesenti Praemyslien iacen et consisten cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate hereditario obligatorio, omnibusq et singulis conuentionem bonorum sortium sortaneum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus Commodis, emolumentis Conuentionibus attinentijs et pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis ac Cuiusuis Competentia et praerogatiua pro se Recognoscens suisq successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum ita late longe Circumferentialiterq, prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit, et possidebat, ipsumq concernebant, ac eidem legitime seruiebant. Itaque Generose nobili Athio Ilnicki Rapczyc et eius successoribus in Summa Triginta florenorum polonicalium iam per se Recognoscentem Leuata et percepta de qua praesen Quietatur hinc et ab actu praesenti ad annum integrum, et in defectu proxime conuentionem bonorum sortis memoratae exemptionis summaeq memoratae Triginta florenorum polonicalium totalis et integrae realis persolutionis, exhinc de anno ad annum, usq ad exemptionem bonorum conuentionem, summaeq memoratae totalis et integrae realem et effectualem persolutionem obligauit inscripsit et inuadiauit, prout obligat, inscribit et inuadiat 1262

inuadiat pr̃sen. In quae quidem bona suprascripta saepius memorata prae
missaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata iam
expirante et defectu in idem Recognoscens Nobilis Prolop. Hnicki praefato Nobili Albo
2096 Hnicki obligatario suo, eiusque posteris, coram officio praesenti, dare et admittere
realem Intromissionem, et actualem, pacificamque possessionem per Ministerialem quem
cunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerit officiose acce
dendo. Per ipsum Nobilem Albo Hnicki obligatarium suum, eiusque posteris
haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus inuadiata cum vniuersis eo
rum vtilitatibus et vsufructibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter =
omnibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice vtifruendi
se ad vsus suos et suorum successorum quosuis beneplacitos, libere et
effectualiter conuertendo modo ac iure obligatorio. Debetque et tenebitur
memoratus Recognoscens, prout se ac suos Successores, in et super bonis suis
generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis ei
dem suprascripto Nobili Albo Hnicki obligatario suo inscribit et obligat
praesentibus ipsum et eius Successores in dictis bonis praemissisque omnibus
praesentibus per se Recognoscentem inuadiata et ratione eorundem omnium
ab omni et quauis impetitione Iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque
Conditionis status et sexus cuiusuis existentium exonerando, in omni Iudicio
et officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, euincere
intercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non haec
eadem bona praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obliga
ta et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus
et posterioribus super praemissa omnia modo quouis quibuscunque personarum fa
ctis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona
suprascripta modo quocunque importatis et importandis, Lucris denique et Per
lucris, processibusque Iuris quibusuis, in quocunque puncto et gradu Iuris depen
dentibus, et in quouis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac
super praemissis omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis emun
dare et eliberare, mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissi
onem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem
praesentibus inuadiatorum dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos =
officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere
dare et effectualiter admittere. Dataque et admissa eadem Possessionem
et vsufructum

et usumfructum praemissorum omnium praesentibus inscriptionem quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque obligatarium suum et illius posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo invenire, ita ut sibi eadem bona praemissaque omnia praesentibus inscripta idem obligatarius suus cum suis posteris, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat, illisque uti frui possit, usque ad exemptionem bonorum eorundem, summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectivam persolutionem, Idque sub Vadio similis summae Viginta florenorum polonicalium, per eundem Recognoscentem sive eius successores suprascripto obligatario suo ipsiusque Successoribus, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad Solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Philippus Hnidiu Jaworowic, sive eius successores, Ad instantiam praefati Nobilis Alexii Hnicki Repczyc obligatarij sui vel eius Successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex nunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic in toto satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari admunimenta, ad evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis 2097

ensis

ensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq̃ motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia pro tunc simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello conventiones ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac
2090 sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Sexta in Crastino Festi Sancti Aegidij Abbatis Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo

Bliskowski Pymienieckim Coniugibus scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemyslien. Gnosus Zbigneus Bliskowski Subdapifer Lublinensis Sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq̃ suis quibusvis proprijs et Competen. recedendo, Praesenti verò Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet
1262 Seu̅ successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq̃ subijciendo palam libere publice ac per expresse suum recognovit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq̃ pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Gnosorum Alexandri Zaręba Pymienicki Pincernae Siradiensis et Constantiae de Leszczyny Coniugum Legitimorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et data illius hic Praemysliae die prima Septembris Anno praesenti Confectum, conscriptum datum, manu sua Recognoscen. propria